



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enarratio Epistolæ Prioris Ad Timothevm, Et Dvorvm
Capitum secundæ**

Melanchthon, Philipp

Vitebergæ, 1561

VD16 M 3167

Sustineas mala cum Euangeliō secundum potentiam Dei, qui fecit nos
saluos 2c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36308

III. EPISTOLA AD

Dixit datum esse Spiritum non timiditatis, sed efficacem in consolatione, & constanter in confessione. Nunc addit adhortationem quam consequens. Ergo esto constans in confessione, non pudeat te testimonij, id est, confessionis, non frangaris specie crucis, & econtra autoritate & sapientia aduersantium, sicut alibi inquit 1. Corinth: 9. Non pudet me Euangelij. Sicut manifestum est moderatae naturae ingentem dolorum esse, stercus inter paucos & spretos, & videri stulte aut petulanter aduersari summorum hominum, qui antecellunt sapientia, uirtute, auctoritate, iudicijs, & turbare publicum statum, dici faciem seditionum, tubam bellorum esse. Aduersus hanc tentationem Esaias inquit capite 13. Ne timete probra hominum.

*Sustineas mala cum Euange-
lio secundum potentiam
Dei, qui fecit nos
saluos 2c.*

Postenso inserit sepe repetitum dictum: Et operibus Legis non iustificabitur omnis homo coram Deo. Affirmat nostra opera negligi

AD

timiditatis,
constan-
tionem tan-
in confes-
confessionis,
ra authori-
alibi inqui-
gelij. Sicut
gentem da-
etos, & u-
summorum
uirtute, all-
um statut-
n esse. Ad
capite 13.

T I M O T H : C A P . I . 86

quam esse causam uel meritum remissionis pecca-
torum seu reconciliationis, sed dicit nos secun-
dum propositum Dei & gratiam saluari & uo-
cari. Intellige gratiam gratuitam misericordiam
Dei erga nos promissam propter filium, sicut se-
piissime loquitur Rom: 5. Multò magis exuberat
gratia & donum per gratiam uel in gratia. Vbi
gratia significat relativè gratuitam acceptatio-
nem, Donum uero significat donationem Spiriti-
tus sancti, nouam & eternam iusticiam & ui-
tam.

Complebitur enim integra beneficia, nec fili-
us Dei sic tantum aufert peccata, ut non imputet,
& tamen natura maneat in his fôrdibus & in
morte, sed reipsa aufert, cum restituit uitam æter-
nam.

Scio cui credidi &c.

Hic mouentur disputationes de dubitatione,
An conuersus beat manere in dubitatione,
utrum habeat remissionem peccatorum, & an
sit in gratia? Hic plane respondendum est, Quan-
quam naturaliter heret in hominibus dubitatio,
tamen certissima doctrina est, & uox Euangeli
perspicua, conuersos oportere uincere dubitatio-
nem, & statuere quod habeant remissionem pec-
catorum, & sint in gratia.

Ideo